



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

141. An Clericus in Minoribus, si habeat beneficium, & non deferat  
habitum & Tonsuram, gaudeat priuilegio fori? Ex p.4. tr. 1. res. 89.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

# De Immunit. Eccles. Resol. CXL. 165

minoribus seculares reputantur in omnibus, nisi in causis criminalibus, in quibus suo gaudent foro, & idem nihil mirum est ut compellantur incendiis occurrere personaliter ac eæteri laici : & infra in fine numeri, sic etiam ait. Circa Clericos in minoribus minus erit dubium, ut à Principe seculari compelli possint, cum legibus secularibus subsint, excepto casu quo foro gaudent ad criminalia.

2. Sed ego nescio quo pacto hæc dici possint, cum Concilium Tridentinum *sess. 23. c. 6.* afferat absolute, & sine vlla distinctione supradictos Clericos cum aliquibus requisitis gaudent privilegio fori, ergo etiam in ciuilibus. Imd si non obseruant dicta requisita in Concilio posita, gaudent privilegio Canonis, & secundum veriorem & communem sententiam exemptione gabellatum, quæ omnia satis à nobis probata sunt in *part. 1. tract. 2. resol. 36.* & ideo hanc sententiam vt certam docet *Suare z contra Regem Anglie lib. 4. cap. 26. num. 3.* & ex *cap. 2. de foro compet.* & *cap. cum non ab homine, de iudicis;* vnde *num. 5.* sic afferit. Omnia quæ habentus de generalitate exemptionis tam in criminalibus & ciuilibus iudicis, quæ in legibus etiam ciuilibus & tributis diximus, ad omnes Clericos cuiuscumque Ordinis in statu clericali perferantur, æqualiter applicanda sunt, qui ita quoad hanc partem nihil inter eos discernunt. Ita ille, & ante illum Comitus in *respons. moral. lib. 1. quest. 54.* vbi loquens de Clerico prima tonsura sic ait : Privilegia, que Clericus ex prima tonsura nancescitur, hæc sunt. Primum, quod in religiosam Domini sororem cooptari certum est, atque ex laicis, & profanis personas fieri sacras. Secundum, quod Sacerdotij, seu beneficij Ecclesiastici capaces eadunt. Tertium, quod Ecclesia iurisdictionis participes sunt, id est, potestatis excommunicandi, interdicendi, suspendendi. Quartum, quod in eos imperium, & ius Magistratus secularis non habet, quod priuilegium dicitur fori. Quintum, quod nemo iis violentias manus potest adferre, quin in censuram incidat excommunicationis. Sextum est priuilegium immunitatis suorum bonorum omnium, sive illa iure patrimonij, sive beneficii Ecclesiastici possident. Hæc omnia Comitulus, & Doctores communiter, & ideo (vide, quæsto, si rectè dicat Pereira) Clericos in minoribus constitutos seculares reputari in omnibus : nisi in causis criminalibus, & si indices seculares possint illos compellere sicut laicos ad occurrentia incendiis, vel ad separandum rixantes, vel ad delinquentes capiendum. Dicendum ex igitur Clericos minores obseruantes, requisita Concilij Tridenti, gaudent omnibus priuilegiis quibus gaudent Clerici in Sacris constituti. Sed si aliquis dicat quod hæc opinio Pereiræ procedit ratione consuetudinis, iam hoc *suprà* reprobatur est : vnde nunc addam tantum Peregrinum de *immunitate Eccles.* *cap. 2. num. 24.* vbi docet omnes consuerudines trahendi Clericos, etiam in ciuilibus, coram iudice laico, esse reprobatas à Concilio Tridentino, & aliis iuribus. Si autem cum dicta consuetudine adsit consensus, & tolerantia approbativa Summi Pontificis, videant illi, ad quos speget, dixi *approbativa* quia simplex tolerantia non sufficit, per ea quæ *suprà* adduximus & facit textus D. Thomæ in *1.2. quest. 97. art. 3. ad 3.* quem sapienter ponderat Ludouicus Miceratius in *summam tom. 1. tr. de legibus disp. 5. sess. 11. iii fin.*

## RESOL. CXL.

*An iudex laicus possit punire Clericos in Minoribus constitutos?*

*Et adducuntur, & explanantur omnia, que determinauit Concilium Trident. *sess. 23. cap. 6.* ut quis gaudeat privilegio fori.*

*Et tandem queritur, virum Clericus habens beneficium, sed non deferens habitum, & Tonsuram, nec ali cui Ecclesia deseruiens, gaudeat privilegio fori? Ex p. 1. tract. 2. R. cl. 29. alias 28.*

§. 1. **Q** Vando tales Clerici subiiciantur Iudicibus laicis, determinauit sancta Synodus Tridentina, ita loquens in *sess. 23. cap. 6.* [ Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, fori privilegio gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, seu vniuersitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versetur.] Ita Concilium : cuius verba nouissimè à Iurisconsulto Hispano Torreblanca *lib. 3. de Magia, cap. 9. n. 40.* contra communem fuerunt expposita, non de omnibus Clericis minorum Ordinum ; sed de his tantum, qui ante decimumquartum ætatis annum versantur, de quibus in præcedentibus verbis fit mentio, vel de incorrigibilibus, & facinorosis, & qui se immiscent secularibus: nam ij dispositioni causam dederunt. Sed licet hæc exppositio sit ingeniosa ; est in contrarium communis DD. sententia; & idem circa prædicta verba, multa scitur digna, non solum Theologis, sed etiam Iurisconsulti notariunt. Quorum libros quia forsan multi non habent, in gratiam Confessiorum, ex industria, & non sine labore, quæ in illis dispersa hinc inde inueniuntur, hic simul colligere conabor, resolutiore, & breviter more nostro. Ideo,

2. Quæritur primò, vtrum Clericus habens beneficium, sed non deferens habitum, & tonsuram, nec alicui Ecclesiæ deseruiens, gaudeat privilegio fori? Respondeo, quod Suarez de *censuris*, *disp. 22. sess. 1. num. 11.* & Ambrosinus de *immunit.* *cap. 13.* videntur docere, quod Clericus beneficiatus non gaudeat, nisi alicui Ecclesiæ deseruiat. Sed hoc est contra mentem Concilij, nam in citatis verbis duos modos distinxiti: vnum absolutè, si Clericus prima tonsuræ habeat beneficium : alium, si tonsuram, & habitum clericalem deferat, & alicui Ecclesiæ deseruiat : & sic verba Concilij alternatiuè procedunt. Et ita tenet R. driquez in *summa*, *tom. 1. cap. 155. concl. 2.* Azeuedus *lib. 1. leg. 1. tit. 4. num. 9.* Bobadilla in *Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 120.* in *Glossa litera E.* noster Franciscus Aponte *lib. 1. conf. 24.* Guttier. *præf. qq. lib. 1. q. 7.* Marius Antonius *lib. 3. resol. 48. num. 22.* Cevallos *tract. de cognit. per viam violentia*, in *Proam. cap. 8. num. 14.* & *p. 2. q. 44. n. 3.* Bonacina de *legib. diff. 10. q. 2. punct. 1.* §. 4. num. 10. Hi omnes afferunt, vt Clericus gaudeat privilegio fori, sufficere, vt habeat tantum beneficium, seruitum vero Ecclesiæ, vt *infra* parebit, est necessarium in Clerico incidente cum habitu & tonsura. Vide Riccius *part. 4. deci. 3. 57. num. 1.*

*Sup. hoc in Ref. seq.*

*Intra in Ref. que hic est supra 135. & in alia eius prima not.*

## RESOL. CXLI.

*An Clericus in Minoribus, si habeat beneficium, & non deferat habitum, & Tonsuram, gaudeat privilegio fori? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 89.*

§. 1. **N** Egatiam sententiam docet Maurus Bur-  
gus de modo procedendi ex abrupto, centur. *Ref. præter-*  
*1. quest. 65. num. 23.* vbi inuehitur contra Parinacum, *ta 9. Queri-*  
*& afferit hanc opinionem docere Concil. Tridentin.*

*sess. 23.*

*Jeff. 23. cap. 6.* Sed omnino fallitur: nam affirmativa sententia quam tenet communiter Doctores, fundatur in Concilio Tridentino, ubi ponit particulam *aut.* quae desuntur, scilicet enim alter. Is fori privilegium non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, &c. Et ita hanc opinionem praefer Farinacium docet, me citato, Paulus Spilliante de priuilegiis Clericis. *cap. 7. dub. 1. num. 2. 23.* *Huius in curia Philippica part. 3. §. 1. num. 3.* Bobadilla in *polir. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 102.* Cenedus in *qq. canon. quæst. 4. num. 29.* Nouarius in *novo iure Ponificis conclus. 117. num. 6.* & Salzedo in *præl. crimen. Bernardi Diaz cap. 62. num. 9.* vbi sic ait, Si Clericus prima tonsura initiatum beneficium Ecclesiasticum obtinuerit, quamvis non deferat vestes clericales, gaudere debet priuilegio fori Ecclesiastici, ut constat ex Concilio Tridentino. Sic ille. Vnde non est audiendus Burgius.

## R E S O L . C X L I I .

*An si dictus Clericus habeat tantum titulum & collationem beneficij, non autem possessionem gaudeat priuilegio fori, & sit à iurisdictione laica exceptus?*  
Et an hoc etiam procedat in Clerico possidente beneficium sed sine redditibus? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 30. alias 29.

**S. 1.** Negatim responderet, ex Theologis Lopez p. *cap. 286.* & ex Iuristis Iulius Clarus lib. 5. §. fin. q. 36. num. 21. & alij.

2. Sed contrarium assertendum est cum Anastas. Germanio *lib. 3. cap. 15. num. 59.* Gigante de pensionibus *cap. 94. num. 11.* & ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, notauit Parisius de resignat. benef. *lib. 7. q. 1. num. 47.* Et ratio est: quia per solam collationem, & titulum beneficij, etiam sine eius possessione, quis dicitur beneficium habere, vt docet Romanus *corf. 350.* Conar. *lib. 3. var. cap. 16.* Vide etiam Bonacina de legibus *disp. 10. q. 2. punct. 1.* §. 4. num. 12. vbi ex professo probat hanc sententiam, quæ quidem sententia procedit etiam in Clerico possidente titulum beneficium; sed sine redditibus; quia haberet titulum beneficij; & hoc solum requirit Concilium hic; & beneficium sine redditibus assigetur in favorem alterius: & Episcopi titulares faciunt omnia, quæ solent facere ceteri Episcopi: & tamen ex suis Episcopatibus nullos redditus percipiunt. Ergo, &c. Et ita docet noster D. Carolus de Grassi de eff. cler. *eff. 1. num. 1224.*

## R E S O L . C X L I I I .

*An Clericus, qui habet pensionem tantum super aliquo beneficio, gaudeat tanquam Beneficiatus priuilegio fori, ita ut exceptus sit à iurisdictione sacerdotali?*  
Et quid, si incedit in habitu, & Tonsura? Ex p. 1. tract. 2. Ref. 31. alias 30.

**S. 1.** Non gaudere responderet Azeuedus *tom. 1. lib. 1. leg. 1. tit. 4. numer. 5.* Recopil. Gonzales ad reg. 8. cancell. 2. off. 3. §. 5. num. 7. & Carol. de Grassi de eff. cler. off. 3. num. 11. 1586. Bonacina de leg. *disp. 10. q. 2. punct. 1. num. 11.* Flaminius de resignat. benef. *lib. 1. q. 11. n. 70.* & *lib. 1. q. 15. n. 15.* qui cum Gonzales assertum ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem, 19. Iunij, 1586. his verbis: *Cui referuntur fuit pensio, si non incedit in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio fori.*

2. Sed contraria sententiam docet Suarez: contra Regem Anglie. *lib. 4. cap. 26. num. 9.* Zerola in praxi Episc. verb. Clericus. §. 2. ver. ex hac doctrina. Lafarte de decim. *vñd. cap. 19. num. 24.* Rodriguez in summa tom. 1. cap. 155. n. 11. & Salzedo in *præl. crimen. Diaz cap. 64. num. 10.* vbi ita consuluit in Academia Complutensi anno 1584. & ita iudicatum fuisse in Supremo Concilio Regis, testator. Addo etiam, quod Armendariz in addit. ad Recopil. *Nauar. lib. 2. tract. 19.* de foro compet. *num. 5. & 7.* restatur, ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem.

3. At Bellettus in disquis. cler. part. 1. tit. 3. §. 8. num. 11. & alij conantur concordare supradictas sententias: assertum enim, quod prima opinio loquitur in casu, quo pensio non excedit summam sexaginta ducatorum aurum de camera, ut Bulla Sixti V. quæ incipit, *Pastoralis. sub anno 1589.* Marcus vero Antonius Cuculus *lib. 5. tit. 8. num. 17.* aliter concordat: dicit enim si Clericus habeat pensionem loco tituli beneficij, reputatur beneficiarius, & per consequens gaudebit priuilegio fori; secus autem, minime gaudebit. Vide etiam Ceuallos tract. de cognit. per viam *violentia. part. 2. quæst. 6. 2. num. 31.*

## R E S O L . C X L I V .

*An Capellanus, cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit à Papâ, vel Episcopo, sanguata gaudeat priuilegio fori?*

Et quid dicendum, si habeat capellaniam, vel beneficium, vulgariter dictum servitum *Misserum?* Et quid si clericus habeat Præstimonium, seu Fratransam, si dictum Præstimonium possideat in titulum perpetuum, & aliquod spirituale annexum habeat? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 32. alias 31.

**S. 1.** Respondeo affirmatiuè: nam beneficium Ecclesiasticum, dicta Capellania iudicatur. Et ita docet Azorius part. 2. lib. 10. cap. 3. q. 5. *Nauar. de Horis can. cap. 20. num. 17.* Salzedo in *præl. crimen. Diaz cap. 64. num. 12.* & alij. Secus autem, si habeat Capellaniam, seu beneficium vulgariter dictum, servitum *Misserum:* quoniam tales capellania non dantur in titulum, nec in perpetuum, sed sunt amovibiles; nec venientia appellatione beneficij, ut notauit Azeuedus *tom. 1. lib. 1. leg. 1. tit. 4. num. 7. Recopil.* & alij. Et ita etiam gaudeat priuilegio fori dicendum est, si Clericus habeat præstimonium, seu fratransam: si dictum tamen præstimonium possideat in titulum perpetuum, & aliquod spirituale annexum habeat: nam cum illis conditionibus præstimonia pro beneficiis habentur. Et ita probat Azeuedus *vbi supr. Menochius conf. 201. num. 56.* Parisius de resignat. benef. lib. 1. quæst. 1. ex num. 124. Gonzales ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. q. 2. num. 11. Gartas de benef. *tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 117.* Bonac. de legibus *disp. 10. q. 2. punct. 1.* §. 4. num. 11. & alij.

## R E S O L . C X L V .

*An habens Coadiutoriam à Papa concessam gaudeat priuilegio fori?*

Et quid de Clerico, qui beneficium obtinet, quod obtinere non poterat, puta, quia illegitimum, irregularium, vel si ordinatus est cum falsis Dimissoriis, vel sine illis?

Et quid, si ordinatus fuerit ante legitimam etatem, vel per simoniam? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 62.

**S. 1.** Respondeo affirmatiuè: quia talis dicta coadiutoriam habens beneficiatus appellatur, & ita